R^de in Xto Pr

Pax Christi et felicissima festa.

Scripsi R. V^ae Neosolio elapso mense Octobri, et significavi, si bene memini, quod ex S. obedia
alio essem mittendus, nisi n. haec accidisset mecum mutatio, iam diu petitas informationes R. V^ae trans=
misissem: laboro tamen adhuc licet à montanis civitatib. fere viginti milliaribus absens fortiter,
ut undequaque R. V^ae satisfiat, sed res protrahitur, maxime si quis ipse praesens non sit: commendavi tum Neosolii
P. Jacobo Weltin eius Residentiae Superiori, tum etiam P. Georgio Weber Superiori missionis Schemni:
cii, iisdem etiam, uti et Dnis Officialibus Saecularibus saepius iam hinc Tirnavia scripsi, adhuc non
accepi responsum: duorum habeo informationes, sed germanice scriptas, si R. V^ae placuerit, mandet, quam:
primum transmittam. Transmitterem etiam R. V^ae libenter quaedam mineralia et aliqua rara ex civi:
tatibus montanis Hungariae, sed non habeo occasionem, si aliquam resciverit R. V^a, dignetur verbo me insinuare.
Caeterum R. V^a liberrimè iubeat et mandet, quod per me fieri velit, reperiet me R. V^a ad nutum suum omnem quam
promptissimum. Hisce me R. V^ae in SS. missae sacrificia enixè commendo. Tirnaviae 21 Dec: 1659

R. V^ae Servus in Xto

Andreas Schaffer.

Salutat et feliciam precatur
annum R. V^ae [illegible] Veitel
[illegible] Z. J.

Reverendo Patri in Christo
Patri Athanasio Kirchero
Soctis Jesu

Schaffer

Romæ.